



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Odium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A. BONUM DE MALO DELIGERE. VEL,
BONUM MALO CIRCUMSEPTUM. CAP. II

Illud etiam memoratu dignum, quod rosa simulacrum, bonum significat, quod undiq; circum-
septum sit malis, ac perinde voluptates nostras amaritudinis & asperitatis plenas. Nam, ut Am-
brof. in Hexamero philosophatur, rosam spina sepsit, tanquam humanæ vitæ speculum ostenta-
ret, quæ quod esse potuit suavitatis, finitimis curarum stimulis saepe compunctum, amarelcere vi-
deatur, vallata enim est elegantia vitæ nostræ, & quibusdam sollicitudinib. obseptata, ut tristitia sem-
per adjuncta sit hilaritati: quare non illepide Catullus Venerem, quæ jucunditatis hilaritatisq; au-
thor præcipuus habetur, spinosas ait in pectore curas serere. Quod autem rosa & rubet & pun-
git, affectus amatorii signum esse Placides affirmat, utpote qui sine verecundiæ rubore, & facino-
rosi etimnis exulceratione esse non possit. Rosam primitus spinis caruisse Basilus tradit, postea
vero pulchritudini floris additos esse aculeos, ut quod ex voluptate oblectamentum perceperi-
mos, propinquo inde dolore exulcerati, qui ex delicti recordatione emergit, statim amittamus.
Cujus rei monumentum spinas tribulosq; tellus ipsa nobis passim ostentat.

Rosa cur
rubes &
pungit.

DE VEPRIBUS.
SCELERA. CAP. III.

A Tque adeo Vepris omne genus hieroglyphicè ad delicta nostra referuntur, eaque de causa
CHRISTI caput spinis coronatum, ut iudicium hoc esset nostrorum scelerum, quæ supra ca-
put suum expianda suscepit, Spinas terra germinat Adamo: quia propter ejus prævaricationem
peccata pulularunt. Apud Salomonem Spina nascuntur in manu temulentis, actiones ejus sceleribus
& perperam quibusq; factis plenas esse commonstrantem. Eliaze cantico legitur cap. 5. Expellatum,
C. uti vicia vras daret, & amq; spinas protulisse: ait Eucherius loco hoc, hieroglyphicum sunt iniquitatis,
ut uva justitiae. Sane ager, ut Hesychius, in Divinis literis pro d. vina accipitur institutione, quam
Propheta, Jesus & Apostoli tradidere, cujus vitis Christus agricola Pater, in quo absconditur the-
saurus, id est, salutaris prædicatio. Semen, verba doctrinæ. Poma, bonorum operum proventus.
Spina, scelera, pravaq; consuetudines atq; pestilentes.

Genes. 3.
Prou. 26.
Spina quid
in Divini.

ODIUM. CAP. IV.

N Am & Si: apud Hebræos, apud nos rubus est, cujus id est hieroglyphicum, ut odium signifi-
cet, ut octavis apud Hieronymum Hebræorum castis habetur.

ASPERITAS. CAP. V.

U Sque adeo vero rubus in asperitatis significationem abiit, ut homines ingenio motoso & dif-
ficillimo præditos, qui præ suo vivendi instituto omnes aliorum mores impendio fastidirent,
per Rubum siccam indicarent: eam enim ita affectam frangas potius, quam minimum flectas. De-
nig que rhamnus, urtica, carduus, sentes, paliurus, & herbæ reliquæ aculeis armatæ, in factis literis
D significant homines inimicos, dolosos, insolentes, & omnino improbos, quos nemo ex probis &
mansuetis atre etare potest, contingere vel castigare, sine doloris compunctioe, dicitur Eucherius.

Rubi hiero-
glyphicæ.

PERTURBATIONES ANXIETATESQUE. CAP. VI.

Sunt præterea omnia hæc perturbationum, quæ menti nostræ accidunt, hieroglyphica. Rubus, ut
sentit Hesychius Hierosolymitanus presbyter, afflictatio ea est, quam nostri Tentatio evocant.
aspera quippe virgultum, & quod difficulter manibus atre etare possis. Hinc vero curæ, oppressio-
nes,

Est enim
Anxiatio
nisi ad
duces, rigi-